

**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. LVI. de Expressione qualitatum beneficiorum in impetractionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](#)

DE EXPRESSIONE QUALITATVM BENEF. IN IMPET. 309  
de clausa quovis modo: quia per hoc non veniret alius modus, quam in bulla ex-  
pressus, quia litteræ executoriæ non ampliant gratiam text. & ibi DD. in cle. 1. in  
fin de Præbend.

Tertio non litiganti.) Hoc quotidie fieri in Francia notat Rebuff. in praxi tit.  
de Rescript. si neutrī nu 10.

Beneficiæ Officialium) Huc refer quæ scripsi supra ad Reg. vi.

Habetur promotu proprio) Idem adstruit noster Auctor, supra ad regu: 43. Non  
valeat imperatio &c.

## Argumenta in Reg. LXIII.

INNOCENTII. VIII.

- 1. Dignitas Curata vel electiva exprimi debet in impetracionibus alias gratia est subreptitia.
- 2. Papa ubi manus apposuit, Cancellaria non debet se intromittere.
- 3. Cautele, cum bulla transficiat per Cameram.
- 4. H.e. Reg. est de dandis.
- 5. An haec Regula locum habeat in provi-  
sione facta motu proprio.
- 6. An clausula quod major specifikatio in confectione literarum fieri possit, faciat ut cancell. possit exprimere qualitates non expressas in supplicatione.
- 7. Stylus Curiae Rom. servandus est.
- 8. Qualitates inductæ à jure vel stylo Ro.  
Cu. si omissentur vitiant gratiam.
- 9. Major idoneitas requiritur in Cura quam in aliis beneficiis.
- 10. Perinde valere super eo quod fuit ex-  
pressum capellanianæ vel dignitatem esse  
sine cura cum tamen haberet annexam  
curam animarum.
- 11. Exprimere non est necesse qualitates que insunt beneficio de jure communi.
- 12. Valet imperatio de Regulari beneficio non expreso quod sit manuale.
- 13. Non est facienda mentio qualitatum que non considerantur à jure vel stylo.
- 14. Precista non tenetur exprimere qualita-  
tes beneficiorum que possidet.
- 15. Pensionarius impetrans beneficium te-  
netur pensionis quam habet in alio bene-  
ficio mentionem facere.

## Regula lxiii. Innocentij VIII.

### DE EXPRESSIONE QVALITATVM BENEFI- CIORVM IN IMPETRATIONIBVS.

Item voluit quod super beneficiis Ecclesiasticis, de qualitatibus  
illorum, videlicet an dignitates, personatus, vel officia sint, eisq;  
Sss cura

cura immineat animarum, & ad illa consueverint qui per electionem assumi mentio fiat: alias gratia super facta sint nullæ: & si qualitates huiusmodi affirmati vel seu conditionaliter non exprimantur, negativa desuper expressio fiat in beneficiis, que tales qualitates vel ex eis aliquas consueverint habere.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

**I**sta Regula dicit, quod imperans beneficium debet facere mentionem de qualitate ipsius, an sit dignitas, personatus, vel officium, & an illi immineat curat animarum, & an consueverit quis per electionem assumi: alias non valet gratia: Et si predictæ qualitates non exprimantur saltem conditionaliter, tunc Abbreviatores debent dare negative, praedicendo quod non est dignitas electiva, nec personatus, aut officium cui cura imminet animarum, hoc dicit.

Sed ego dubito in ista Regula, quia ex quo primò dicitur quod gratia sit nulla, quare mandat postea quod ponatur negative? respondeo quod aliquando ex inadvertentiā non ponitur & tunc gratia est nulla si probetur quod qualitas aliqua de hic expressa fibi inheret, vel si forte expeditur per Cameram, tunc non exprimeretur negative, ut hic dicitur, sed simpliciter concederetur, ergo &c: Ratio huius Regulae in aliquibus qualitatibus hic expressis fundatur iure communi: quia si dignitas est curata, debet alias fieri mentio de ea gratia est subrepititia. Idem si sit electiva ut in cle. 1. de præb. & cap. cum in illis eod. tit. lib. 1

**C** VI. Sed quod exprimitur quod sit dignitas vel personatus, aut officium, non caret iure, **D** quis satis est quod reputatur dignitas, cum ista tria sint finiora, & significant idem, si dicunt Doct. in c. de multa de præb. & in c. 1. de confuet. lib. VI. Ideo in supplicatione debet ponere quod est dignitas, vel personatus, aut officium reputatur. Camera tamen ne intellexi tempore Sixti expediti bullas mediante oculo caligante super dignitate cura imminet animarum, ut electiva, &c: licet in supplicatione nihil de hoc caveretur. Sed audiri posse a quod fuit concessum, quod secundum tenorem supplicationis corrigeretur bulla, & cancellaria noluit hoc corrigerere, quia transiverat per Cameram. Nam ex quo Papa 2 apposuit manus ipsa cancellaria non potest se intronitare ut nostrum de ap. Sed in rei veritate non errassent Domini de Cancellaria, si vigore mandati corrixissem: quia tunc ipse Papa facit, & non ipsi, per iura vulgaria: tamen quia in illo mandato non fuita mentio de Cancellaria, forte ipsi interlexerunt quod corrigeretur per Cameram, & nescio an Camera voluerit corrigere errores suos. Ideo est cautela quod quando bulla transfiratur per Cameram, ponatur in mandato quod corrigatur &c: per Cancellariam, per supradicta, & tunc non effet dubium de stylo ignorantium.

Et ista regula est danda, licet concordat expeditionem principaliter, quia habet decreta tam irritans, & eam vidi produci,

Sed

PRIVILEGIA  
REGULARIA  
ET  
CONVENTUARIA  
IN REGULAS  
ANCILLARIAS  
APOSTOLICAS  
BYZANTINAS  
CATHOLICAS

DE EXPRESSIONE QUALITATVM BENET. IN IMPET.

Sed posset dubitari an hac Reg. haberet locum in provisione facta motu proprio? & for-  
re propter decretum irritans potest dici quod sic; quia non loquitur in impenetrante: sed di-  
cit Regula quod super beneficis &c: mentio fiat &c: ad hoc faciunt gloss. in cle. literas  
in verb. directas de præb. & in cle. si Romanus eo. tit. in verbo validat, dec.  
Rot. cxi quæ incipit. Item licet motus proprius.

Vidi tamen in cancellaria altercari si propter istam clausulam que ponitur in fine clau-  
sularum scilicet quod major specificatio in confectione litterarum fieri posset: Cancellaria  
posset istas qualitates non expressas in supplicatione exprimere in bulla. Et fuit mihi res-  
ponsum quod una qualitas tantum posset exprimi, sed omnes simul non: & nihil mihi fuit  
allegatum, sed quod stylus ita se habet, & satis est ad hoc per c. quam gravi de crimi-  
ne falsi & cap. ex litteris de constit. Camera tamen omnis qualitates illas daret cum  
illa clausula, maximè tempore Sixti.

COMMENTARIA JO. A CHOKIER.

A **F**undatur jure ) Textus est in 1 cum illis de præb. in 6. Qualitates autem  
exprimenda, vel sunt à jure inducta, & hæc si omittantur vitiant gratiam, 8  
gl. in cle. i. verb. alteri, prope med. de præb. text. & plo. in c. si motu proprio, de præb.  
in 6. Bellam. decis. 697. col. pen. Cassad. decis. 12. num. 5. de Rescript. Latifimè Meno-  
chius de Arb. iud. lib. 2. cent. 2. casu 201 per tot. etiam si Papa alias concessisset  
Feliç in c. super litteris col. 2. vers. limita 1. & cap. postulasti de Rescript. fecus si sint  
tales ad quarum expressionem non tenetur impenetrans de jure communi. Feliç in  
d. e. super litteris nu 2. vers. limita primo & in c. in nostranu, 14. d. tit. vel sunt induc-  
cta ex stylo curia que etiam sunt exprimenda; alioqui litteræ vitiantur Lapus  
alleg. 89. Menoch. de Arb. iud. d. cas. 201. nu. 27. vers. aliqua. & est communis obi-  
nicio, inquit Flam Paris tract. de resig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 13. quæ tota die practi-  
catur, nam stylus curia est attendendus, & habetur pro lege, Card Paris. consil.  
44. nu. 17. & seq. vol. 1. & cons. 14. vol. 4. ut & illæ quæ insunt de facto ratione  
confutudinis Ecclesiarum, vel alio modo, Rota dec. 89. de Rescript. Feliç. d. nu. 14.

B **D**ignitas curata ) Adde Coraſ de ben par. 4. c. 4 nu 50. Menoch. d. casu  
201. nam cum Cura sit ars artium, major idoneitas requiritur, & per consequens  
debet fieri specificatio & per quantum tempus illam possederit Flam. Paris.  
dresig. ben. lib. 10. q. 2. Franc. Mare. decis. Delphin. q. 88. & 1004. aliud est si sit  
beneficium rurale quod careat cura D. Seraphinus decis. 947. Adverte tamen,  
quod de stylo datur hodie Perinde valere quando fuit expressum dignitatem  
vel capellaniam esse sine cura, cum tamen esset curata, & ponitur clausula hæc:  
Sibiq; specialem gratiam facien. Judici seu Judicibus ad quem vel quos litteræ  
prætactæ sive conjunctim, sive divisiim dirigantur, ut si per diligentem inquisi-  
tionem Oratorem idoneum esse repererint, conscientiam eorum onerando ad

» executionem litterarum prætarum , servata alias earum forma, procedentes  
 » litteras ipsas à data præsentium valere, plenamque roboris firmatatem obtinere,  
 » & Oratori suffragari debere decerni , perinde ac si ipsi Capellani cura anima-  
 » rum imminebat expressum fuisse, committere dignemini . &c.

C Electiva ) Adde gl. in c. Cum illis de præb. in 6. Rotam decif. 41. descript. in  
 antiq. Bisignelt. decif. 13. nu. 5. de præb. Filij. in c. in nostra de Rescript. ubi latè ma-  
 teriam tractant expressionis qualitatum beneficiorum.

D Vel Patronatus ) Adde Rebuff. in præxi 3. p. sig. nu. 6. Geminia & alios in  
 c. 2. de præb. in 6. Felij. in d. c. in nostra nu. 39. de Rescript.

E Nihil de hoc caveretur ) Et merito , cum non sit necesse facere mentio-  
 nem , an sit cum cura vel sine cura , quando est tale beneficium quod de haber  
 curam , Rota decif. 201. in antiq. Felij. in d. c. In nostra nu. 14. de Rescript. perm.  
 Rota decif. 13. de præb. in antiq. quæ dat exemplum de cura animarum , quam ha-  
 bet Archidiaconus , Archipræbyter , Decanus de jure communis ; nam de  
 ipsa non est necesse facere mentionem : quod enim certum est in jure , non est  
 necesse illius facere expressionem Felij. d. nu. 14. Sic valet in regularibus impe-  
 tratio de beneficio Regulari , non expresso quod sit manuale : quia Papa eo ipso  
 quod exprimit esse regulare , intelligit quod est amovibile , nisi esset curatum  
 vel electum ; secus si esset manuale ex constitutione , vel alio modo ; quia tunc  
 non tenet sine expressione manualitatis , Ita Cassad. dec. 12. de præb. nu. 9. Sic etiam  
 non est facienda mentio in litteris de qualitatibus non consideratis à jure & stylo ,  
 Fla. Parif. de resig. ben. lib. 10. q. 2. nu. 18. apud quem hac de re plura vide. Ita etiam  
 in primarijs Precibus Imp. Precista non tenetur exprimere qualitates bene-  
 ficiorū que possident , licet aliud sit in Nominationibus Vniverstitatum ita me-  
 stante Rebusto tract. de Nominatio. q. 9. Pensionarius tamen beneficium imperans  
 tenetur pensionis suæ quam habet in alio beneficio mentionem facere 10. Bapt. 15  
 Caccialupus tract. de Penſio. q. 26. quod intellige quando reservata est pensionario  
 ut decentius sustentari possit , ut communiter sit , Gigas de Penſio. q. 67. num. 4.  
 qua de rescripti supra Reg. 61. Plura de qualitatibus beneficiorum , & de qui-  
 bus alias sit facienda mentio ad nauseam videto apud Felij. in dist. cap. in nostra  
 nu. 10. usq; ad nu. 45. inclusivè.

## Argumenta in Regula. LXIII.

### INNOCENTII VIII.

I. **S**i Papa providit alicui de beneficio quod exprimebatum vacare per con-

tractum matrimonij Titij, & antequam in-  
 contraheret mortuus est Papa , & po-